

GALENI DOCUMENTVM
DE PVERO EPILEPTICO.

Nicolao Leonico Thomæo Patavino interprete.



Go te Ceciliane existimabā ad aegritudinē filij tui nostris admonitiōibus haud
quaquam indigere. nā q̄ prius ipsum vidi, & tecū Athenas iterum nauigaturus est
Dionysius, idoneus est & p̄sens facere ea q̄ opus erūt: & rursus discedēs, ad ha-
tudine aegritudinis cōdecētia documēta relinquere. Ego autē q̄ nunquam puerū hūc
vidi, forsā multū decipi possem: cū neq; a principio morbi qualis fuerit ipsius
natura, neq; nūc qualis ob morbū sit, cognouerim: sed a vobis hoc t̄m audierim
epilepsia accessiōibus puerū infestari. Verū, ne forsītā me suspiceris negligētē
magis q̄ veridicū scriptiōnē hāc subterfugere: quod nunquam antea feci: laborē hūc libens subibo, vt
tibi rē gratā faciā, scribēdo quādam medicinalia p̄cepta pueri epileptici, in quibus necesse est medicæ
artis imperitū decipi & aberrare circa mēsurā vel t̄ps vtendi. Demōstratū, nā nobis est in alijs li-
bris q̄ nō cōtingit quēpiā recte mederi ne minimis q̄dem aegritudinibus, nedū adeo magnis vt ē
epilepsia, nisi methodū aliquā curatiuā nouerit. Atq; Dionysius mihi iā cōcauit, et mecū prius cō-
siderauit de tota pueri curatione, quā tu mihi iposueris, vt hęc documēta cōscriberē. Dionysioq;
meārum ipse sniam facile manifestauit, cū intelligeret, oīa q̄ ego dicerē, nihilq; ille obaudiret, ceu
methodi curatiuæ valde peritus. Tecum vero neq; quō sermonē institūā noui, nā accuratus disti-
ctiōibus multis indiget, et obscurior est q̄ imperito hoī cōueniat: breuis autē & manifestus haud-
quaquam accuratus esse pōt. Quapp subuerebar tibi documēta cōscribere: quibus rē tibi gratam facere
p̄cuperē: existimās mihi sile q̄piā euenturū quale Phidiæ vtiq; accidisset, si postq̄ Palladis simu-
lachrū absoluit, q̄ sp̄iā illum coegisset separatim digitū, manū, pedem, nasum, aures, singulasq; cor-
poris partes effingere. Ego vero methodū curatiuā tanquam quoddā simulachrū in pluribus cōmen-
tarijs a nobis scriptam fuisse arbitror, q̄ nō modo iperitos hoīes, sed ne medicos q̄dē quoscūq; iu-
uare non pōt. Quā autē cogis me de parte vna artis curatiuæ sermonē facere seorsum ab alijs: tuæ
cedo voluntati & pareo: atq; in tuā gratiā documēta scribo: q̄ tibi in hoc sufficient. satis. n. est me-
dicæ artis in xpto nō magnū aliqd et irremediabile, in medicorū p̄ceptis cōmittere, p̄cipue cum
didiceris legitime versari in his cōmentarijs. Eruditis igitur illis curatiuæ methodi negociū scriptū
est: tibi autem & alijs, qui nonnullarum rationalium artium scientes estis, medicinæ autem inex-
perti, arbitrator, fortasse non nihil vtilitatis & in his commentarijs, proueniet. Conabor autem
quantum fieri poterit manifestissime enarrare quamnam vtens puer dicta non parum iuuatur: &
ab accidentibus quotidie ipsum inopinate inuadentibus minime lædatur. Conuenit igitur in
primis quantum fieri potest hac obseruare. Nāq; puerum necesse est iterum occurrere magnis
frigoribus, imēsis caloribus, ventis validis, balneis malis, cibarijs caput tentantibus, rotarum ob-
uolutionibus, corruscationibus p̄terea, & tonitruis, & vigilijs, & cruditatibus, tristitijsq; etiā,
& iracūdijs, & lassitudini, atq; alijs huiusmodi rebus, a quibus (vt summam dicam) corpus ve-
hementer moueri & perturbari solet: atq; in reminiscētia quādam morbi referri, & ad genera-
tionē paroxysmi deduci. Hęc igitur conuenit, multo ante caueri, et si quā his p̄cedentibus pa-
roxysmus succedet, tunc ab omni penitus motu oportet illum remouere, & domi cōtinere, & vi-
ctū valde tenui illum nutrire, donec a paroxysmi incōmodo liberetur. quis autē sit tenuis victus,
quāuis arbitrer te cognoscere, tū si ea quæ sequuntur perlegeris, aliquid etiā de ipso percipies.
Tēpus itaq; est vt huiusce rei documēta tradere aggrediar. Accedente vere (nā aegritudines q̄
reueri solēt quodā mō tūc moueri contingit,) puerū purgandū affirmo mediocri purgatione,
huic autē purgationi Dionysius p̄sens moderabit, & q̄ opus erunt iperabit, accurate cognoscens
quo nā mō ad purgationē corpus p̄parare oporteat, & quo vti debeat pharmaco, quāue q̄titate,
& in quo tpe: nā de his inter nos sape cōsultū est. Quare Athenis p̄sentē habes Dionysium, sed ni-
hilo minus cū ipso mētē simul & cōsiliū habes meū. Post purgationem autē q̄n recesserit Diony-
sius, & puer Athenis remāserit: hanc oportet ipm victus rōnē obseruet. Cū a cubili mane surre-
xerit, anteq̄ ad p̄ceptorē accedat, mediocri deambulatione vtaf, gressu nō admodū frequētī. post
hac autē vtiq; ad palestrā t̄ps, disciplinis vacet q̄bus assuevit, q̄ primū autē ab illis discesserit, vbi me-
diocriter rursus deambulauerit, ad p̄dotribā accedat. Hūc autē p̄dotribā si quempiā aliu ex ijs q̄
puero p̄sunt, multū oportet esse prudētē. sed talē inuenire difficile est: p̄sertim cū electio fieri de-
beat ex hoibus ineruditis & ignaris, nō minus aiām q̄ corpus hebetē & crassam hūitibus. nō igitur
tanquam parū hoc te fugiat: neq; cuius ē p̄p̄o pueri curā tradas, p̄be cognoscēs q̄ summa curatiōis
in hīsce duobus versat, in vsu videlicet a me tibi dati pharmaci, & in exercitijs mō. alia nāq; oīa ho-
rū sunt

F

G

CAP. 2.

B

CAP. 3.

Arum sunt præparamenta quædam. Pædotribam igitur hûc tecum simul Dionysius eliget. Sit autem ipse scopus in exercendo quo ad quâtitatē quidē, ut puerū anteq̄ defatiget cessare faciat, necnō ut vniuersum corpus calefaciat, & mediocriter euacuet: ambo autē in eodē tēpore cōtingent. Quā enim quod supfluit sufficienter euacuat, & quantum satis est corpus incalescit, tūc si quispiam ab exercitio cessauerit, gescet anteq̄ in defatigationē incurrat. exercitiū vero ab hoc tēpore vltra, in solida iā agit mēbra, & corporis habitū colliquat. aggregat autē omne id quod colliquat in iūcturis maxime & musculis: ad hocq̄ sequit̄ virtutis lassitudo, postea vlcerosus sensus, quā aliqua corporis partē mouere tētauerint, & hoc est ipsa lassitudo. Nō solū igit̄ pædotribā prudentem esse oportet, sed et mediocris exercitij expertum, ne citius quā par est puerum ab exercitio cessare faciat, securam timens lassitudinem, ne ue satagēs calefacere, & complete quod superflui est euacuare, in lassitudinē puerū ducat. Mediocriū igit̄ exercitiorū in quantitate huiuscemodi sunt scopi: In qualitate vero, ut corroborētur oēs corporis particula, maxime caput, & vētriculus, & huius præcipue quod ori circūstat. ut autē quispiā istud assequi possit, nūc dicam. **Primo quā exercitia vehemētia caput replēt, ab his abstinerē præcipio.** secūdo si quā his vti necesse fuerit, capite erecto quæ infra sunt moueant, & ex his maxime crura. tertio à paruis & tardis motiōibus incipiāt pædotriba, & sic ad vehemētiōres & celeriores motus deueniat. nā subito ab intensis exercitijs incipere nō solū imbecillibus, sed etiā robustis corporibus summe perniciosum est. **Cōsiderare præterea oportet, quod fricatiōes exercitij loco habent, maxime in corporibus imbecillibus: imo sæpenumero sole, modo recte fiant, aliarū motionū vicē supplēt.** opus est autē primū manibus molliter cū sindone à supernis partibus ad iferna delatis, corpus ad rube dinē deducere. initio à brachijs & manibus factō, atq; ita ad pectus & ventrē deuenire. subinde etiā crura multum fricare cōuenit: ut siquid ex supnis partibus illuc fuerit deriuatū, cōmode absumat. postremo ad caput deueniēdū est. nā statim à principio ad ipsum accedere periculosum. corpore. n. adhuc pleno existente, ad id quod primo calefit, facile superfluitates attrahunt. vltimo igit̄ loco post alias corporis ptes, caput cōfricari oportet, ut nūc diximus, absq; oleo. quā autē & oleū applicare libuerit, nihil phibet capitis fricationē simul cū alijs fieri mēbris. ut vnus caput fricat: duo alij pectus & ventrem: & totidem alij crura. sic autē & post exercitia: imo vero magis tunc, oia simul confricentur mēbra: ita. n. celerius ad quietē corpus deducit, & minus refrigerat. oportet autē si de quâpiā alia re, de hac ipsa magnā curā habere. Nō lauari autē, ut plurimum cōuenit: neq; statim post exercitiū palæstrā exire. sed postq̄ planē quiesuerit spiritus, & ab exercitijs cōmotio prorsus cessauerit: atq; tūc etiam sindone caput multū fricare cōuenit. **& sæpenumero pectine vti.** Post hæc autē ad prandiu eat, & prius quippiā ex ijs quæ ventrē molliūt assumat, vel olus, vel sallamētum, vel pitisanā, vel oliuās cū tertia parte panis. reliquas vero duas i cōnā tps sepe nat cum valentioribus obsonijs. quæ aut huiusmodi existūt paulo post dicent, si prius enarrauero ex olerū genere oia quæ absq; nocumēto sumi possunt. Ex oleribus igit̄, nec à lactucis, nec à malua, nec ab atriplice, nec à blito prorsus illū prohiberi iubeo, non tñ idē semper capiat volo, verū aliās aliud, moderate. ex eodē et est genere beta, & brassica. oportet. n. et ex ijs quippiam moderate gustare. porrum quin etiā interdū, & apium, & smyrnium degustare cōferret. & de horarijs fructibus quicunq; nō sunt penitus crudī, aut suapte natura difficulter concoquunt: n. nanq; & suas ipsorū superfluitates, & aliorum etiam esculētōrū retinere cōsueuerunt. ergo & mora & que præcōcia nominant, & ficus, & siqui sunt eiusmodi notæ, sine molestia descēdunt. Et quæ cucurbita dicit, nihil ab oleribus ventrē mollientibus differre videt: itē pepones cucumerini (nā q tales nō sunt, prauī sunt): maturæ et vix aliquantulū quāq; puero concedi potest: mala vero & pira raro & in parua quâtitate degustet: & hæc ipsa non solū ut in arbore sua sint bene cocta, sed etiā domi seruata ad maturatiōnē recte peruenerint. Scire autē oportet eadem poma quæ recēter à matre sunt decerpta, & quæ domi deposita reseruant, per multū inter se differre: nullamq; inter sese similitudinē habere. possunt autē conseruari poma piraq; nec nō plurimi et alij fructus. & pruna quæ vocant damascena: ficus quin etiā quas carycas vocant, ex huiuscemodi sunt genere, & ex arbore palma dactyli, quorū comestione penitus illi non interdico, sed opportune & moderate illis uti pmitto: assidue autē & multū illis uti minime velim. Atq; ut semel cōcludā, quicunq; mali succi sunt cibi, vel aliu astringunt, vel inflāt, vel difficulter cōcoquunt, si assidue vel plusq̄ conueniat assumant, nō solum huic morbo, sed oibus et alijs nocere solēt, atq; huc vsq; sermo de diarræ modo, ptractus alijs et plurimis agritudinibus cōueniens erit. **Huiusce aut morbi peculiaris & ppius est, ut caueamus ab ijs picipue esculentis q̄ pituitā generāt, vnde in cibarijs, quæ tamen si in alijs nō ob sint, viscosos, aut frigidos, aut crassos humores generāt, haud quāq; esse immorandum cēleo, huiusmodi aut sunt atriplex, & blitū, & malua. quos sanē ut gustet non phibeo, assiduū aut eorū vsum vehemētē dāno: ex hoc sunt genere & cucurbita: multoq; magis cucumeres, & poma, & pira: & demū quæcūq; humorē pituitosum gignūt, aut viscosum, aut crassum, vel quæcūq; sunt in genere pessimorū esculētōrū, quales sunt q̄ vulgo appellant fungī: ab ijs. n. oino abstinere cōsulo: quæ admodū & à rapis, & à quibuscūq; radicibus quæ mandi solent. crassos. n. habent succos, & male concoquunt: exceptis quibusdā quæ acrimoniā quandā & caliditatē in se habēt,**

Septima Classis,

zzzzzzzz

quæadmodū

Opposium Aui. Fox p. 3
Inca. 9. cap. xi. fol. xii. A
Aui. nō plurimū lacrimam
lauræ.

Aui. aut. Alu. ca. serap.
uicordum confusum, qm
proprietate cōmouet tēpore

Galenii documentum

quemadmodum sunt dauci & raphani: sed ex raphanis haudquaquam illud degustare prohibeo, verum quodam intercedente spatio: a dauco autem abstinere condiscat, magisque est a rapis, in esculentorum autem versus abundet illa quae acris sunt, & virtutem incidendi habet: dummodo insigniter non sint mali succi, odoremque habeant quae caput tentet. quorum ex genere sunt quaecumque per caliditatem replent caput, quemadmodum vinum, & sinapi, & petroselinum, & daucus, & capra, & Smyrniū. haec enim ultra modum inflammatoria sunt, & malos humores generant. Sinapi vero licet conueniat ad humores crassos incidendos, tamen ab eo abstinendum est, quoniam caput tetat in oxymelitis autem versus secure confidat, etiam si quotidie sumere velit, potest autem cappare ex illo comesse, & parua quaedam balsameta oleo modico superinfuso, ut cocinnet obsonium: quod profecto huiusmodi agritudinis, veluti medicamentum quoddam reputari potest: praecipue si sit acetum scilla conditum: hoc oes vulgo iam scilliticum vocant, quod ego si quippiam aliud in hoc casu sanè laudo. horum vero alterutrum singulis diebus assumere contenderim, dico autem vel cappare, vel balsameta oxymelite condita. si vero puer oxymel bibere velit, id sit in promptu & ante praeparatum, & non ex tempore ex utriusque crudis confectum. quo autem modo ipsum praeparare oportet, paulo post recensimus. ceterum plurima aqua commisceatur, nam quod sic factum est, suauius reddit. aethyeme quidem calidum accipiat, aestate vero non erit malum etiam si plerumque frigidum sumatur, si & vehementes fuerint calores, & ipse vehementer sitiat, potiusque frigidum assueuerit antea. nam inter alia sitim egregie sedat oxymel non valde dulce, praesertim si aqua frigidae misceatur, mihique non parum sepe contingit puerum a comitali morbo penitus liberasse, non immutata victus ratione, cum post primam purgationem oxymel sumere, eoque uti pharmaco iussissem. Verum quoniam neque filij tui naturam noui, nescioque quantum virium is sibi asciuerit morbus, & ipse assistere nequeo, diuinare haudquaquam possum, quae paucissimis indigeat remedijs. Melius itaque mihi videtur de omnibus sermonem facere. igitur post exercitium in prandio (ut dictum est) utat & quibusdam oleribus, & oliuis, & nucibus, & ficibus, cum siccis, tum recetibus, verum non simul quotidie omnibus, vna enim sit & simplex quod assumat: sed ut victus ratio variari possit, de omnibus verba feci, eodem tempore (ut dictum est) si desiderauerit puer, alij etiam fructus concedi illi possunt, cum alioqui ab ipsis melius sit abstinere, ne dum morbi illius deuitandi causa, sed ad integram etiam totius valetudinis incolumitatem: quemadmodum vides nos ferme ab omnibus horarijs fructibus abstinere. ¶ Verum philosophis in praesentia salubris victus praecipua non describimus, sanè perquam optandum erit si non solum ad pueri curam haec documenta, sed ad vniuersam illius vitam facere poterunt. ¶ Est igitur illi concedendum ut palam, & tepestiuè eos comedat fructus, quicumque magni non fuerint nocenti, nec clam & intepestiuè illos comedens, magis ledatur. qui enim palam ab aliqua re, quam valde appetit, prohibentur, si cum data est facultas, plus nimio ingurgitare se consueuerunt, quoniam obrem pueris ego plura esculenta concedere soleo ex ijs quae non valde nocent, ut tepestiuè & palam illis moderate utantur potiusque, ut diximus, propter vehementes desiderium furtim ex his & voraciter assumere festinent. Atque haec de cibi ratione sufficienter sint dicta. ¶ Post cibum autem ubi paululum temporis intermiserit, priusquam ad studia disciplinarum accedat leuiter deambulet cetero, et rursum ut id ipsum a studijs rediens ante cenam faciat sanè consulo, quo tempore duas reliquas panis portiones quas reseruauerat assumat, item aliorum vnumquodque sic (ut dictum est) carnes quidem ex omni ferè auium genere, praeter palustres: ab omnium autem quadrupedum esu praecipue abstineat. Quod si quoniam illis vti necessitas fuerit, domesticis quidem suis extremitatibus & stomacho vescatur, syluestribus vero carnibus vniuersis bene uti potest, haedorum quinetiam carnes degustet, & nonnunquam leporum etiam, carnes autem oes sint vel simpliciter conditae, vel sine nidore assae: simpliciter condiantur si aquae incoquantur, & anetho, porro, sale, & oleo concinnentur. quoniam autem modo sine nidore recte assetur caro, clibanum quod apud me vidisti, ex ipso tibi esse potest, ex marino autem genere crusta intacta quidem omnia nocua, & incommoda, piscibus vero optimi sunt ijs qui in saxosis degunt locis, sumere et poterit ex ijs qui in alto degunt, quos pelagicos vocant, ex chartilagineis autem torpedo ferè sola conueniens est & comoda, ceterum de leguminibus ptisana quidem praecipua est: hanc sequitur lens, alica, & pisum: alia autem ferè omnia mala, & ut vniuersaliter dicat, quaecumque viscosum, & crassum generant succum, ventosaque sunt, & multarum superfluitatum, nec non difficilis concoctionis, sicut ante dicebamus, maxime sunt caueda, ostrea quinetiam omnia, & chartilaginea ea quae *σελαχια* vocantur, & squamis carere propterea bulbi, & cochleae, & caseus, & fungi, bouineque carnes: & oua in aqua durata, cum difficilis sunt concoctionis, tamen crassos generant succos, alica vero & carnes suillae bonum quidem generant sanguinem, sed viscosum, palustria autem omnia superfluitates generant plurimas, legumina vero omnia ventosa sunt, & praecipue faba, & cicer es, ptisanaque non diligenter cocta, ventosa est, quam obrere bene coquere illa oportet, vel ea non uti, lens quoque bene decocta omnem ponit ventositatem: verum illa non assidue crebro uti oportet, quoniam humores generat crassos. Ceterum ad victus quotidianam rationem haec abunde sufficere possunt. Medicamento autem ex scilla, quod tibi tradidimus purgatione praemissa, quodque primo vere fieri iussimus, singulis diebus secure filius tuus utatur, priusquam ad palastram accedat, nam nisi valde magna fuerit agritudo, & occalluerit, sperandum sanè est in quadraginta dierum spatio hoc medicamento illam perfecte cessaturam, quoniam iam innumeros pueros nulla ellebori opera sic curavi, verum post purgationem priusquam hoc utatur pharmaco, semel aut bis

*dom p. 4. par. uita. in aqua.
sup. ca. com. p. 3. u. e. r. m. u. l.
cap. 7. B.*

*com. et succ. bon. u. u. u. cap. 7. B.
rit. 2. 5. fol. 112. A.*

† At sane philosophis salubris victus documenta non describimus: quae certe maxime optarem, non solum ad huius affectus curationem sed ad vniuersam pueri vitam.

CAP. 5.

H

CAP. 6.

CAP. 7. aut bis absinthium fumere oportet: De oxymelite aut vt dicamus, id certe acidissimū esse certum fctur, quod ad mellis pportionem quartā aceti habet partē: dulcissimum vero, quod octauā: alia aut intermedia mensurę quāto ad extremorū alterutrū appropinquant, tanto aciditatis aut dulcedinis participare vident. oportet aut ipsū penitus decoquere, ita, n. quæ miscēt, accurate in vnū ambo deueniunt: & aciditatis vehemētia, quæ in aceto est, retunditur: & quod in melle inflatium est, castigat: spumam, n. illius, q̄ recte decoquit, auferre debet, nec me præterea fatet in Græcia, & in plerisq; locis insularum oxymel etiā ex fauis confici solere, quo etiā tibi secure vti licet, puero præsertim æstiuo tpe Athenis degente, minime aut ad me in præsentia pertinet declarare, qm̄ dulcius id, aut acidius, vel dilutius, aut meracius exhibere oportet: neq; in alijs particularibus immorari meū est, sed illius qui & præsens fuerit, & curandū corpus quotidie inspexerit, & de humorum habitu recte cōiectari poterit, in crassis, n. & viscolis humoribus acidiori & meraciori oxymelite vtendū est: in his autē qui huiusmodi nō fuerint, dulciori & diluto magis, eodē etiā modo reliqua quæ dicta sunt oia, pro quotidianis corporum cōstitutionibus cōmutare & variare cōuenit, quæ admodum & in oibus alijs ægritudinis facere cōtingit. Quapropter si quis methodi curatiue ignaro & inexperto innumera cēt perscripserit documenta, haudquaquē illū sufficientē efficiet medicū nō modo nō maximā ægritudinū, sed ne nimiam quē. Istud enim sæpenumero palam ostēdi cū inueterata vlcera malasq; oculorū dispositiones ad sanitatē redigissem ipsē sanē medicamētis, qbus pleriq; ante me vli nihil p̄fecerant. Et profecto tps̄ opportunitas in vsu vniuscuiusq; vt Hippocrati placuit, post quātitatē ad vires diligenter accommodatā, reliquū vtilitatis apportat. nā pharmaca potius sunt iuuantiū materia q̄ iuuamenta, quemadmodū cēt ab excellētibus asseuerat medicis. Et meus quē vnde exordiū sumpsit, sinē accipiat sermo, haudquaquē fieri posse vt minimū quippiā quod ad artē pertinet p̄tractare recte valeat is, qui artis penitus sit ignarus & expers, sed illi tibi cōgnoscere cordi est, huic ego sermoni adiungam, quonā modo illū conficere sim solitus. Vas quodpiā accipio à quo extractū fuerit mel, meliter itū id Græci vocāt: in quod scillā conijcio manibus prius illā in exiguas discerpēs particulas, postea bene apto operculo illud obturās, extrinsecusq; pelle circūdans, & diligenter colligans, in loco quopiā meridiē spectāte colloco, qui à borealibus oino non perflēt ventis, id aut facere soleo ea anni parte, in qua caniculā exoriri oēs asseuerāt Græci: quadraginta aut huiuscemodi sunt dies: viginti quē ante, totidēq; post exortum, paulatimq; in ijs diebus vas illud ad solem cōvertere soleo, vt ex oibus similiter partibus incalcescat, tranfacto postmodum præstituto tēporis spatio, vas illud apperitēs, in illo reperire soleo scillæ partes elixis similes, succumq; ex illis in vasis fundo quendā defluxum; quē colligēs, q̄ optimo melle cōcinno, Huius singulis diebus, cui dare voluerō, cochlearis pleni mensurā præbeo, pueris quē minoris, adultis vero maioris, Quinetiam scillę ipsius carnes accurate cōrundens, illasq; cum melle dissoluēs, & cōterēs: ex illis cochlear vnum vt dictum est, præbere cōsueui: quod sanē quo ad vires & efficaciam secundum à prædicto locum obtinet. Cæterum quicunq; scillā elixātes, illā postea cōterunt, illius proculdubio vires resoluunt, quemadmodum qui istud ipsū ex aceto faciunt, pharmacum quidem validum admodum conficiunt, verum neruis non innoxium.



GALENI IN LIBRVM DE NATVRA HVMANA COMMENTARIVS SECVNDVS,

Nicolao Macchello Mutinensi medico interprete.

Hunc librum Galenus inter Hippocraticos non agnoscit.



Exposuimus in horum cōmentariorum priore librum ipsū de hominis naturā. Nunc autem ea aggrediemur, quæ ipsi improbe fuere adiecta, & ipsa haud inconcinne elaborata. Etenim liber quidam exiguus est, in quo de ratione vinctus sanorum est scriptum. Et videtur quidē esse cōmentarium Polybi Hippocratis auditoris. Hic vero inter hūc & librū de hominis natura adornatus est, ascriptus nimirum ab eo, qui primum duos hosce libellos in idem coegit, scilicet ipsū Hippocratis cōmentarium de hominis natura, & Polybi de ratione vinctus sanorum. Nam quo tēpore Attalici & Ptolemaici reges inuicē in comparādīs libris de magnificentia contendebant, malitia initium habuit circa ipsorum cum inscriptiones, tum apparatus, in ijs nimirum, qui ad reges, vt argentum acciperent, libros illustrium virorum afferrent. Cum

Septima Classis,

zzzzzzzz ij igitur